Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



16

Capm quintum de recipiendo confirmacoem

Christiani confirmacois debent recipere baptizati tam viri quam mulieres quia senius est de milicia seculari et de milicia spirituali quia milicia secularem non debent recipere mulieres sed soli viri quia mulieres non sunt apte ad pugnandum corporalis milicia autem spiritualem pugnare indifferenter omnes tam viri quam mulieres quia tam viri quam mulieres sunt apti pugnare spiritualiter contra persecutores fidei Sed milicia spiritualis dicitur in sacro confirmacois quare sacrum confirmacois pertinet recipere tam viri qm mulieres Et hoc quod dicit apostolus in xpo ihu neqe masculus neqe femina vult dicere q quo ad xpum no est dicta de masculo et femina Sed nunqm pueri sunt confirmandi dicendum q sic statim ut nascuntur hec vsum rationis qz tunc sunt apti ad confitendum fidem xpi Et in sacro isto datur spiritus sanctus ad robur ut fideles xpi audacter confiteantur Sed nunqm sine periculo potest aliquis obmittere ne vnqm recipiat sacrum confirmacois Dicendum q sine isto sacro potest salvus esse quia multi non confirmati salvantur Sed si omittat oportunitas suscipiendi illud sacrum quilibet enim debet suscipere Et si sine causa rationabili omittat ipsum suscipere peccat mortaliter nisi suscipiat ipsum Et vano hmo potest esse ista quia quilibet quatenus in se est debet se disponere ad suscipiendum gratiam vel eius augmentum si sit capax eius per quod confertur gratia vel eius augmentum Sed in sacramento confirmacois si digne suscipiat conferitur gratia vel augetur ergo quilibet habita oportunitate debet istud suscipere sacrum Et ideo sacerdotes huius ecclie debent instruere prochianos suos ut qui christus erit prius in sua parochia suscipiant istud sacrum ꝛc